

27.  
à Professione, ad quam vocatus est, Professor:  
Utriusq; Juris intituletur; tamen ad Actus  
Collegas Actuales Juridicos concernentes,  
utpote presentationes Doctorandorum, Con-  
vocationes Domûs et his similia, formali-  
bus Collegiis præjudicium quodecunq; et  
quomocunq; inferentia [nisi id de con-  
sensu omnium fiat:] se ingerere non de-  
bet idq; more antecessorum suorum  
præfati Contubernij Seniorum. In jus e-  
nim ipsorum successit, jure illorum uti de-  
bet. l. Qui in jus. ff. de Regul. Juris.

## STATUTUM XVII.

### De Officio Professorum.

Quoniam uniuscujusq; ac præcipuè:  
publici Professoris ex informatione l. Atti-  
lius Regulus. ff. de Donationib Officium  
in diligentia et eloquentia consistat, ac qui

se alias docere promisit in fundamento gloſſ.  
can. Ponderet. v. Docuit. dist. 50. Deo se fecit  
 obligatum; ideo ne in conscientia oneretur et  
 Deo rationem in tremendo ejus judicio suo  
 tempore de sua Professione reddat; imparatus  
 Cathedram non ascendat; ad ea, quæ  
 in publico Discipulis suis dicturus est; do-  
 mi se diligenter præparet; in dubijs, aut a-  
 liis, aut mutos Magistros Libros consu-  
 lat et ex Cathedra inherendo can. oportet  
o. q. 1. ad captum congregati pro Lectione  
 sua auditoris clarè et dilucidè eloquatur;  
 ac omnes difficultates suæ Lectionis per  
 explicationem enucleare studeat et sub  
 onere conscientie teneatur. Discipuli e-  
 nim in ea arte, cui student, nihil debent  
 habere absconditum, ut Oratores maxi-  
 mi, justitie satellites et judiciorum optimi

29.

tam Athletæ, quàm Gubernatores omni lo:  
co ævoq; felices inveniuntur. *I. Et quod jam.*  
*v. Discipuli. in Proem. ff. in fin.*

### STATUTUM XVIII.

## De Obligationibus eorundem Pro: fessorum.

**E**x quo aliquis suscepit unum connexo:  
rum, videtur per gloss. c. Cum in cunctis. *I.*  
*Inferiora. v. Removeantur. de Elect. et elect.*  
*potest. ad reliquum se obligasse; ideo qui li:*  
*bet Professor ad Collegium vocatus, facta*  
*pro illo responsione et expeditis (ut supra)*  
*premissum est; de jure et consuetudine ex:*  
*pediendis, ac susceptâ aliquâ Professione*  
*ne inutiliter inter alios Comprofessores to:*  
*leretur et ut suam, quam nactus est sparta:*  
*re ipsa et non ad Colorem tantum adornet,*  
*ritèq; ac legitimè salarium de sua Professi:*